

Homo communiter convenit & attribuitur Aristoteli &
Platoni. E. Vel secundum nomen tantum, vel secundum
rem nomini subjectam. Non secundum nomen dun-
taxat. Homo enim praeter nomen etiam naturam seu & si &
& definitionem Aristoteli & Platoni communicat. E. Et-
iam secundum rem nomini subjectam. Jam ulti-
rius: Si res isti attributioni subest, haec erit vel Acci-
dens vel Substantia. Non accidens. Quia homo inest &
attribuitur Socrati secundum essentiam, non ut subjecto ac-
cidentaliter. Nam aliud est si dicas: Socrates est homo.
Et aliud si dicas: Socrates est doctus. Nam inter Socra-
tem & hominem est nexus essentialis. At inter Socra-
tem & eruditionem est nexus duntaxat accidentalis. E.
Iam erit substantia. Iam ultius: Si est substantia erit
vel singularis & individua, vel universalis. Non
est singularis. I. Quia individuum est incommunica-
bile. At homo est quidam communicabile. II. Si esse
res singularis, tunc si dicas Socrates est homo, perinde erit.
ac si dicas, Socrates est Socrates, quod absurdum est & nu-
gatorium. E. Universa erit. Iam si universa, modus
quo existit & subsistit, erit inquirendus. Ille talis erit,
Universalis haec substantia aut separatim existit a singu-
laribus. Aut in rebus singulis. Si separatim: Aut
per se & in seipso subsistet: aut in mente duntaxat.
Sed non per se & in seipso extra singularia est. Talis
enim nuspam inventus est, nec inveniri potuit per natu-
ram. Indivisa enim cadunt sub sensum, non universalia.
Neque etiam in mente. Ratio est. Quia non sub-
stantia, sed notio substantiae est in mente. Ut enim sensus
interior non res ipsas singulas recipit, sed earum imagines:
Sic nec intellectus rerum communes essentias continet, sed